

Rude autem quod est, etiam non excoctum, malleo tamen interdum tractatur & signatur: ut argentum rude plūbei coloris, ex cuius massa pura opus excellens fecit, Christi resurrectionem ex vna parte, ex altera victoriam Caroli V. de Gallorum rege, insignis artifex Caspar Vlricus, cuius Ioachimicus. De eodem argento anulum mihi donauit vir honestus David Huterus, meus olim discipulus. Ibidem argentum iecoris colore, signatum in nostro corpore metallico appāret. Hoc autem plumbea molli- ties est, & adeò suum lentumq̃, ut ad candelam adhibitum liqueat: subitò autem impositum igni, exilit: coctum lentè, non secus ac plumbū fluit: infu- sum in gypsum, propter subtilitatem spirituum, omne cōsumitur. Eius par- ticulæ tenuiores, ut cornu: tenuissi- mæ, ut glacies, pellucet.

Nascitur argentum varijs formis, modò florum more quasi conglo-